



OMNIBUS ERUDITORUM ORDINIBUS.

S. D.



Potentissimis terrarum Orbis Receptoribus, ac Optimis quibusq; Rebus Publicis in deliciis & pretio semper fuisse Bibliothecas, ab omni ævo observatum est. Excutere Annales, & Memorias replicare veterum, nec in animo nobis est, nec Instituti permittit ratio. Eccui enim bono post tot Illustres Animas, quæ hoc in argumento non sine laude summâ posuere operam, extruerem Bibliothecas? Actum, meâ quidem sententiâ, hoc foret agere, novamq; post Homeros condere Iliada. Proin ne nihil agam de tantorum Heroum, Virumq; Sapientissimorum consilio perquam laudabili paucula hæc attexo.

Scilicet non temere judicarunt prudentissimi Orbis Gubernatores, Regnorum, Urbiumq; Destinas, Ornamenta, & Pharos esse Bibliothecas, quibus collapsis collabantur necesse est, Imperia, Regna, Civitates, omnisque Hominum Societas. In confesso namq; est,